

## Band VIII., Nr. 3059, Seite 281-283

*Abt und Konvent von Bebenhausen einer- und die Söhne des Ritters  
Heinrich von Echterdingen andererseits teilen den Ort Echterdingen sowie  
die dortigen Güter und Rechte.*

Esslingen, 1281. Mai 31.

Noverint universi presentium inspectores, quod divisio ville seu possessionum in Ehtertingen ex parte dilectorum in Christo . . abbatis et conventus monasterii in Bebenhusen ex una et filios H[einrici] quondam militis de Ehtertingen, videlicet F[ridericum] militem, H[einricum] et H[einricum] fratres ex parte altera talis est peracta. Possessiones autem ac alia bona, que ad dictum conventum et monasterium spectare dinoscuntur, sunt hec: area Cûnradi de Eningen dicti Bôller, . . H. Vederkengel, B. dicti Vogelær, Bæscheler, Moyses, Hattechen, monialis . . Swenhilt, Schezzer, Hilteburc, Walteri Brun, Ar. Cloter, . . Trubin, Marquardi, F. de Horwe, incluse Unfride, Gerboldi, Wer. Sepper, Dietrichin, Hanne, . . Cuter, Ber. Brun, Ubelheri, Similarii, Volmari, Gebehardi, Crenzel, Maiser, Siveridi, due aree dicti Ungerih, Wer. dicti Kuderer, ortus dicti Eseler, tres apud castrum inferius, C. sub salice, Gisin, ortus Kemenetarii, . . Cribelenzin, H. Karpentarii, H. filius nigre Mæzzun, domus C. sub salice, Ottonis, Ber. Sailer, Værlin, Banhart, Wal. de Steten, Her. Loffeler, Brunin, Ungerih, Ungeswer, Al. Fabri, Editui, H. Ruschir, Diemari, Eberhardi, Wal. Kornarbeit, Kunzelarii, Wal. Ruschir, Zewigeli cum attinentiis earundem, scilicet agris et pratis. Due vero curie, que dicuntur Vronhof, et curia, que dicitur Dizingarii, et domus Rufi et doraus iuxta fontem, qui dicitur Haimebrunne, permanebunt in eodem iure ac in eadem libertate, sicut actenus permanserunt, et alia bona omnia in dicta villa Ehtertingen sita cum attinentiis advocatiis ad predictos fratres spectare dinoscuntur, adiecta specialiter dimidia area, que dicitur Kornarbit, que sine agris et pratis ad predictos fratres spectat. Universis areis cum possessionibus predictis suisque attinentiis quibuscunque ac advocatiis tam in villa quam in campis predictum monasterium in Bebenhusen cum omni libertate et iure uti debet ac singula prehabita debent esse exempta ab omni iugo servitii et exactione antedictorum fratrum de Ehtertingen ac suorum successorum, immo nunquam de cetero aliquid iuris sibi debent aliquatenus usurpare. Assimili dictum monasterium de possessionibus sive advocatiis fratrum de Ehtertingen iam dictorum nichil iuris debet penitus habere, sed utraque pars regat bona sua seu possessiones suas cum attinentiis earundem secundum quod sibi visum fuerit expedire. Debet etiam prefatum monasterium aliquas possessiones in advocatia predictorum fratrum sitas sine bona

## II

voluntate et consensu ipsorum nullo modo emptionis titulo vel alio modo quocunque sibi attrahere vel usurpare, ad id faciendum predicti fratres in dicte ville advocatia dictorum dominorum similiter sunt astricti. Item forefacta sive fravel ac alii excessus, qui perpetrantur in possessionibus et advocatiis prefati monasterii, tam ab hominibus sive colonis eiusdem monasterii quam fratrum sepe dictorum secundum consuetudinem ville et secundum quod iudices per sententiam iudicaverint recipienda, ipsum monasterium recipiet sine cuiuslibet impedimento. Id ipsum prenotati fratres in suis possessionibus et advocatiis de perpetratis recipient plena iure. Item forefacta et excessus, qui committuntur in strata publica sive communi, predictae partes equaliter recipere debent. Item nullus colonus, qui transfert se de una advocatia, in qua colit aliquas possessiones, ad aliam advocatiam predictarum partium, ut in eadem colat dictas possessiones, sine consensu partium aliquatenus recipiatur nec hoc fieri permittatur. Singula predicta ab utraque parte sine dolo et fraude qualibet sunt observanda. Insuper est adiectum, quod cum sepe notati fratres de Ehtertingen midietatem turris et domum lapideam, que quondam fuit Friderici advocati ibidem, pro XL libris Hallensium, et sextam partem excessuum, qui dicuntur diuben et frevel, dicte ville pro X libris Hallensium pro repetito monasterio comparaverint, quandocunque vendere voluerint, nulli alii quam iamdicto monasterio pro quantitate summe pecunie antedictae, si idem monasterio expedire videbitur, vendere debent. Testes huius rei sunt: Dyemo Herter, Ber. Hasenzagel, H. scultetus in Ezzelingen, L[udovicus] Öwer, Rûpertus, C. frater suus, H[einricus] Stainbiz, R[udolfus] Hasenzagel, H[einricus] de Grûnningen<sup>1</sup>, Hugo Nallinger, C[onradus] Kurzo, Jo[hannes] frater suus iudices in Ezzelingen. Ut autem singula prenotata rata permaneant et inviolabiliter, presentes litere G[otefridi] comitis de Tuwingen et civium in Ezzelingen sigillorum munimine roborantur.

Datum et actum in Ezzelingen, anno domini MCCLXXXI., in vigilia pentecostes, indictione IX.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Abhängend zwei Siegel: 1) des Grafen Gottfried von Tübingen, s. WUB VIII, S. 226, Nr. 2970; 2) der Stadt Esslingen, s. WUB, Bd. V, S. 189.

---

<sup>1</sup>Markgröningen oder Neckargröningen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 474 U 513

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Übersetzung: HStA Stuttgart H 14 Nr. 24, Heft 7, S. 7.

**Editionen:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.  
1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 421.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Esslingen

**Ortsindex:**

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, Tü

Echterdingen Wohnplatz (512)

Echterdingen, Leinfelden-Echterdingen, ES

Ehningen Wohnplatz (99)

Ehningen, BB

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Horb am Neckar Wohnplatz (7484)

Horb am Neckar, FDS

Horwe Wüstung (21620)

Horwe, Filderstadt, ES, W

Markgröningen Wohnplatz (1046)

## IV

Markgröningen, LB

Neckargröningen Wohnplatz (1198)

Neckargröningen, Remseck am Neckar, LB

Stetten Wohnplatz (523)

Stetten, Leinfelden-Echterdingen, ES

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÜ